



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis Gebennensivm Meritissimi

Maupas du Tour, Henri Chauchon de

Coloniæ Ubiorum, 1663

Serenissimis, Illvstrissimis, Reverendissimis, Admodum Reverendis, &c.  
Congregationis Ecclesiasticæ B. V. Assumptæ, quæ est in Collegio  
Coloniensi Societatis Iesv, DD. Sodalibvs cultu demississimo ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42882**



SERENISSIMIS,  
ILLVSTRISSIMIS,  
REVERENDISSIMIS,

ADMODUM REVERENDIS, &c.

CONGREGATIONIS  
ECCLESIASTICÆ

B.V. ASSUMPTÆ,

quæ est in Collegio Coloniensi

Societatis IESV,

DD. SODALIBVS

cultu demississimo.

DAT, DICAT, CONSECRATQUE

JOANNES BUSÆUS,

Civis & Bibliopola ibidem.

---

SODALES PARTHENII,



*Eritò Nomini Vestro in-*  
*scribitur Vita hæc Latina*  
*laudatissimi Gebennen-*  
*sium. Præsulis, B. FRANCISCI*

\*

3

SALE-

## DEDICATIO.

SALESII; quam quicumque legent, ( legent autem plurimi ) Vobis maximam partem imputare habent : cum enim Romanam ejusdem è Gallico interpretationem, in Vestri potissimum gratiam, Orator Vester pridem animo destinasset; mutato feliciter consilio, Amicum Burdegalensem de eo labore interpellare ausus, precibus illum suis annuentem absequentemque nactus, eidem vicissim, & scilicet, utilitati publica, typi recensendi perquam multa ( uti hoc nunc loci res geritur ) & molesta fastidia, animo quam successu meliore, libenter gratificatus est.

Sed èt aliam, eamque geminam  
Inscri-

DEDICATIO.

Inscriptionis meæ causam adferre  
 possum. Alteram; quòd Sodalem  
 Vestrum, & ejusdem Vobiscum  
 Congregationis illustre Ornamen-  
 tum, de quo jure gratulari Vobis po-  
 testis, MARIANIS ante omnia  
 Sodalibus dedicare conveniebat:  
 alteram; quia FRANCISCVS,  
 verè Sacerdos Magnus & Ponti-  
 fex, ad neminem alium aequè, atquè  
 ad sui Ordinis homines, ( quales  
 omnes Vos estis ) suæque Virtutis  
 strenuos imitatores pertinere vide-  
 batur. Vbi illud tamen dissimulare  
 non licet: Illustrissimi Auctoris,  
 quem sua recèns merita ad Ebroi-  
 censes vocârunt Infulas, Interpre-  
 tisque sincerissimum prætereà vo-

\* 4

tum

DEDICATIO.

tum esse, ut secundum florentissimum Gallia Germaniaeque Clerum, Vita hujus lectio communis fiat Bonis omnibus; utpote spectaturis in Antistite religiosissimo clarissimum perfecta consummataeque Sanctitatis exemplar, quod vivis singuli coloribus, ad majorem immortalis DEI gloriam, Ecclesiaeque splendorem, pulcherrime representent. Fiat, o fiat! Colonia, Kalendis Martii, M. DC. LXIII.

ITINE-